UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Titul. 6. De Iudice in Iudicio particulari judicaturo

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

[hab]uerunt: Verum dicitis, accipite, & in cumulum damnationis veſtræ ducite. Quibus dictis diſceſſerunt Angeli, & Dæmones vncis ferreis miſeram animam à corpore avulſerunt, & ad æternas Inferni pœnas ſecum portarunt.

Secundum exemplum adfertur de quodam obſtinato peccatore, qui in morte ſua nonniſi hæc reſpondebat: *Ego peccator peſſimus, quid mihi prodeſt pœnitentia? damnatus ſum.* Et quamuis Chriſtus Dominus in perſona compareret ei, promittens veniam, quotieſcunque pœniteret, & confiteretur: eadem nihilominùs ille repetebat verba: *Ego peccator peſſimus, quid mihi prodeſt pœnitentia? damnatus ſum.* Tùm Chriſtus Dominus ex proprio latere accepit Sanguinem, & in moribundi proiecit faciem, dicens: Sanguis hic, qui in tuam erat effuſus ſalutem, in æternam tuam cedat confuſionem, & ſic expiravit. 7.

Specul. tit. Impœn. exemp. 1.

De Iudice in Iudicio particulari iudicaturo.

Tit. VI.

Quatuor dicendi modi occurrunt in præſenti materia, & nullus eſt, qui ſuâ careat probabilitate.

Primò poteſt eſſe Iudex noſter Angelus Cuſtos.

Primus aſſerit, Angelum Cuſtodem noſtrum fungi officio judicandi nos in articulo mortis, tanquàm per Chriſtum & *ex Chriſti commiſſione.* Primò, quia Dominus Deus cunctas res inferiores gubernat & regit miniſterio *Angelorum.* Secundò, quia quemadmodum noſter Angelus Cuſtos nouit omnia noſtra merita & demerita; ita & eadem judicare poteſt. Tertiò, quia ſicuti Angeli Cuſtodis eſt conducere animam ad Purgatorium, aut in Paradiſum, aut eandem relinquere poteſtati Dæmonis, vt ipſam ad Infernum deducat; ita quoque ad ipſius ſpectabit officium iudicare illam.

Ioan. de Caſſia ſup. Geneſim. Bart. Sibil. lib. de po. reg. decad. 1. c. 3. q. 1.

Secundò, S. Michael Archang.

Secundus modus dicendi eſt, Judicem noſtrum eſſe Sanctum Michaelem Archangelum, quemadmodùm

ſancta Mater Eccleſia inſinuare videtur in iſta oratio
Sancte Michael Archangele, conſtitui te principem
omnes animas ſuſcipiendas, id eſt, judicandas. Quo-
pter depingitur cum gladio, & bilance, quia gla
gnificat judicium, & bilanx rectitudinem.

Tertiò, Chriſtus in perſona Viſibili.

Tertia opinio & dicendi modus eſt, Chriſtum
immediatè per ſeipſum & non Angelorum mini
nos judicaturũ, & hæc ſentẽtia videtur eſſe confor
S. Scripturæ: *Vigilate, quia neſcitis, quâ horâ Filius*
nis veniet, ſcilicet in horâ mortis. Et S. Joannes in A
calypſi ſua ait: *Veni Domine Ieſu, ſcilicet in obitum*
Vndè Papa Innocentius III, cujus eſt hæc opinio, q
tuor diſtinguit Adventus Chriſti, duos viſibiles, in
& in extremo Mundi die, & duos inviſibiles, in mo
in mente.

Apocal. 22. Innoc. III. de cõtempt. Mund. lib 2. c. 43.

Fundamentum opinionis hujus eſſe poteſt, q
era Scriptura eodem modo loquitur de Adventu C
in Judicio Vniuerſali, & in Particulari; ergò ſi in
dicio vniverſali veniet in propria forma & perſo
quoque in particulari. Confirmatur authoritate S. H
ronymi hunc in modum loquentis: *Quod in die*
futurum eſt omnibus, hoc in ſingulis die mortis imp

S. Hier. c. 2. in Ioel.

Quartò, Chriſtus in viſione.

Quartus & vltimus dicendi modus eſt, Chriſtum
morte cuiuslibet venturum non realiter, ſed ſolum
tualiter: *Quia quilibet virtute & efficacitate Chriſti*
ſpecies infuſas & ſpecialem illuminationem certi
tur de ſtatu ſua damnationis vel gloria.

Suarez. to. 2. in 3. part. diſp. 52. ſect 2.

Tres priores opiniones conciliari poſſunt, a
omnes ſimul concurrere ad Judicium noſtrum, & C
ſtum Dominum noſtrum, & Angelum noſtrum C
dem, & S. Michaelem Archangelum; at Chriſtum
cipaliter, & Angelos *miniſterialiter*, vt exindè hic
gatur fructus concipiendi ſalutarem timorem,
Chriſti duntaxat, verùm etiam Angeli Cuſtodis
& S. Michaelis Archangeli, qui ad noſtrum
concurrere debent Judicium.